

indeg. sub arte non cadunt. Præposit. in cap. non satis 86. di-  
 binit. num. 2. Sudo. de alimentis lib. 1. quæst. 92. numer. 1. hinc  
 proinde plures casus distindere confiderare oportet, ex quo-  
 rum determinatione in similibus iudex arbitrium poterit regu-  
 lare.

1. Odo igitur casus veniunt distinguendi. Primus est in pa-  
 tre vivente. Secundus in hereditate paterna. Tertius in fi-  
 dei commissio antiqua. Quartus in aliis conjunctis ex pietate  
 obligatis. Quintus in dote debita uni ex pluribus determi-  
 natis personis ex hominis dispositione. Sextus in debitis ex  
 eadem hominis dispositione pluribus incertis de certis. Se-  
 ptimus in pluribus incertis de incertis. & Octavus in dote  
 pro tali debita per supertorem, vel raptorem.

2. Primus casus subdistingendus est inter patrem facultati-  
 bus idoneum ad omnium filiarum congruam dotem suppe-  
 ditandam, & patrem providere idoneum, qui unam, vel plures,  
 sed non omnes dignè providere potest; ubi omnibus potest  
 esse provisum, modica subest occasio litium, que sequenti-  
 bus ad paupertatem inter conjunctos generatur, ideoque cum  
 omnes sint de suo iure tunc, ita ut sola controversia sit ordi-  
 nis, non videtur ita conagrandum arbitrium patris, de  
 quo lex valde confidit, ut malum consilium pro filiis non  
 capiat, ceterum si pater aliqua iusta ratione ductus, præ-  
 ferat ordinem turbationem congruam putaverit, quia nempe  
 prompta se offerat occasio, que omnia non de facili inve-  
 niuntur similibus, bene collocandi secundogenitam, quam  
 ob aliquos animi, vel corporis dotes vir qualificatus petat,  
 vel quia secundogenita ob aliquod accidens honesta-  
 titis periculo sit magis subiecta, ita ut ejus collocatio celerita-  
 tem desideret, tunc irrationabile videretur arcere pa-  
 trem ad servandum ordinem nuptiarum, cum satis incon-  
 moda frequentius reddatur duarum filiarum eodem tem-  
 pore collocatio, proindeque in concursu præferenda est illa,  
 cujus nuptiarum dilatio iuxta facti circumstantias majus  
 præjudicium est partura, atque inter probabiles ordi-  
 nem mutandi rationes rectè situnda videtur ea, que  
 ipsius primogenitæ favorem, ac majorem dilectio-  
 nem percipit, quia nempe feudataria masculis carens  
 secundogenitam prius maritando, vel primogenitæ in  
 capillo existenti feudum successorem præservare, jux-  
 ta ea, que habentur sub tit. de feud. disc. 14. vel similiter,  
 quare iusta causa accedente videtur paterno arbitrio dese-  
 rendum.

3. Si vero facti circumstantia nulla concurrant hujusmodi  
 ordinis interversionem justè suadentes, contrariam regu-  
 lariter dicendum videtur, ut nempe rectè se opponat primo-  
 genita, si quæ dotes priorem constitutionem petat; tum  
 ex regula, ut qui prior est in tempore, potior sit in jure; tum  
 ex altera, quod antiquior est obligatio patris erga primo-  
 genitam, ideoque prius exsolvenda, quas juris regulas in  
 similibus terminis concursus alimentorum inter patrem, &  
 filium attendendas esse, rectè admonet Surd. in eod. tract. tit.  
 1. quæst. 94. numer. 14. & 15. & in præcis terminis nostris  
 concursus plurium filiarum ad dotem firmavit Rota coram  
 Orthobono dec. 15. num. 20. & seq. licet enim regulæ præ-  
 dicte de juris censura neutri ex dictis casibus videantur ap-  
 plicabiles, quoniam prioritatis temporis, vel obligationis  
 attendenda est in rei hypothecariis, secus autem inter per-  
 sonas, quales censendi sunt agentes pro dote, vel alimentis  
 officio iudicis, at tamen, vel à paritate rationis, vel ita  
 naturali dictamine, ac æquitate suadente, rectè videtur  
 intrare, nam cum primogenita ab instanti nuptiarum jus ad  
 dotem, prioremque collocacionem contra patrem quodam-  
 modo quærisse dicatur, inultum videtur, ut per sequen-  
 tum filiarum nuptiarum tale jus quæsitum sibi tollatur, ut  
 in similibus terminis alimentorum, ex Præpos. in cap. cum  
 haberet, n. 7. de eo, qui dux in uxore observat Surd. dicta quæst.  
 numer. 14. in fine, & in terminis nostris Orthoboni ubi sup. &  
 sicut primogenitæ privilegium in Regnorum, feudorum,  
 vel primogeniorum successibus à natura concessum, facti  
 parentis regulariter tolli non potest, ita neque videtur  
 istud auferendum, cum iusta causa cessante, negari non pos-  
 sit ordinis perversionem primogenitæ satis præjudiciali  
 fore, tam ratione iniuriæ, qua quodammodo affici videtur,  
 quam ex eo, quod multa interim contingere possunt, ob  
 que suum jus certum, ac tutum, reddi potest dubium, vel di-  
 minutum.

4. Ubi verò non est omnibus consultum, quia nempe pa-  
 terna substantia idonea est dignè collocacioni aliquarum,  
 sed non omnium filiarum, tunc minus dubitandum est  
 ordinem omnino servandum esse, quia majus est præju-  
 diciam ex illius turbatione resultans; verum alia diffi-

cultas est, an filia valeant se opponere majoris natu dota-  
 tionis per quam diminuta substantia paterna, non remaneat  
 eis provilum, ac instare pro æquali bonorum distributione,  
 & verius videtur per hujusmodi oppositionem non esse impediendam dotacionem primogenitæ, quoniam sicuti filia ra-  
 tione legitima, quam in bonis patris possunt sperare, cessante  
 casu pura dissipacionis, non se opponunt alienacionibus,  
 vel hypothecis per patrem contractendis, ita à pari non vi-  
 detur licitum esse hujusmodi dotis constitutioni tamquam  
 justissimæ alienacioni se opponere, neque inducenda sunt  
 onera, vel restrictiones, ubi lex non induxit; cum igitur lex  
 aliis filiis adversus dotem uni filie constitutam aliud reme-  
 dium non tribuerit, quàm illud revocationis ad mensuram  
 legitime per actionem de inofficiosa dote, hinc proinde id  
 eis debet sufficere; & quidem effor inducere quoddam indi-  
 rectum vinculum viduitatis, quia si facta proportio ab illi  
 assignatione, illa portio dignis nuptiis non sufficeret, tunc  
 vel indignas nuptias, vel viduitatem omnes filie ita pati  
 tenerentur, quorum utrumque est absurdum; consulendum  
 igitur videtur de præsentibus, quarum honestas consi-  
 lium petit, neque pro aliis, que possunt expectare, des-  
 peranda est Divina providentia, cujus beneficio, vel pa-  
 ter litari poterit, vel multa interim contingere, ob que  
 illis etiam provideatur, saltem implorandum iudicis officium  
 contra alios conjunctos in patris defectum obligatos; Sanctus enim est aliquis de præsentibus providere, sperando  
 pro aliis providentiam Divinam, quam hac desperata, omnes  
 relinquere non possunt, ut ex duobus malis, quod minus est  
 eligatur, arbitrio tamen prædictis iudicis ex facti  
 circumstantiis regulando, in quo tota hæc materia reposita  
 videtur.

5. Secundo casu concursus ad hereditatem patris defuncti,  
 attentis terminis juris communis nulla superest difficultas,  
 quia cum filibus jus legitime successione delatum sit, quæ  
 liber esse debet sua portione contenta, qua non sufficiente,  
 curet aliunde sibi providere, ab instanti etenim mortis pa-  
 tris jus cujuslibet quæsitum est in sua portione, quam alte-  
 ra foror tollere non potest, atque isto casu intrant potius  
 termini familia erigendæ, ut singula propria bona digno-  
 seant, quàm termini dotis constitutæ.

6. Difficultas autem esse possit in terminis Statuti exclu-  
 dentis feminas simpliciter à successione, ita ut remaneat  
 patri extranea, reservato tantum jure dotacionis; & tunc  
 si hereditas est omnibus idonea, ita ut sola controversia  
 sit ordinis, videtur dicendum idem, quod in prima par-  
 te casus præcedentis; si verò hereditas non sufficit, &  
 tunc, quia non valentibus heredibus patris congruè dota-  
 re, justè feminis aspirandum ad virilem, perinde ac si es-  
 sent masculi, idcirco videtur cultibus sua virilis assignanda  
 juxta terminos juris communis; cessat enim ratio in præ-  
 cedenti casu ponderata, nempe ut non sit prohibendum  
 patri, qui liberam habet suarum rerum administrationem,  
 & arbitrium, ne de bonis suis in causam adeo justam dispo-  
 nere valeat; ac etiam, quia cessat spes, ut pater possit inte-  
 rrim ditari, vel divine providentiæ beneficio assequi mo-  
 dum providendi; ac etiam, quia patre defuncto æqualis fa-  
 cta est causa omnium filiarum.

7. Tertius est casus plurium concurrentium ad fideicom-  
 missum antiquum. & tunc si bona omnibus non sufficiunt,  
 videtur respectu plurium ejusdem gravati filiarum decidend-  
 us, ut primus, si quidem gravatus, donec restituta conditio  
 purificetur, juxta veriore sententiam dicitur bonorum  
 fideicommissario verus dominus, versus possessor. l. 1.  
 si filii, & leg. filius heredes, ff. de usufructu. Perer. de fidei-  
 commissis, art. 4. numer. 6. Molin. de primogeniti. lib. 1. capit. 19.  
 numer. 4. & seq. Rota dec. 200. numer. 13. part. 5. recent. & plures  
 sub tit. de fideicommissis, & sub tit. de feudis ad Bullam  
 Baron. in hoc autem dominium prædictum ab eo rei proprie  
 differet, quod non habet eam liberam alienandi, & dispo-  
 nendi facultatem, quam de suis bonis habet, præterquam  
 in casibus, in quibus alienare, vel disponere de jure sit per-  
 missum; unde cum in causam dotandi propriam filiam pa-  
 tris gravato permissum sit bona fideicommissaria, aliena-  
 re, ut in locis proximè citatis, idcirco tali casu bona fidei-  
 commissaria censenda erunt tamquam propria grati-  
 vari, atque idem, quod in bonis ejus liberis est superius di-  
 ctum, videtur pariter hic dicendum; sicut etenim si  
 avus, vel alius ascendens fideicommissi ordinator vive-  
 ret, eundem ordinem teneretur servare, ut in præ-  
 senti.

8. Verum si feminæ concurrentes sint diversæ lineæ, seu  
 ordinis, videtur attendendus ordo succedendi, ut nempe  
 illa

illa femina debeat prius dotari, quæ si fuisset masculus,  
 prius, quam altera in fidei commissio succederet, ex jam di-  
 cta ratione, quod jus per temporis prioritatem prius nata  
 quæsitum tolli non debet per subsequentem alterius natu-  
 ritivatem; & quemadmodum si obvenerit bonis in primo vo-  
 catum cum facultate disponendi in certis casibus, sequens  
 in gradu conquiri non potest, si præcedens in causam li-  
 citam alienat, ut contingit quando intraret Bulla Baro-  
 num, ita a pari; unde præterea foret, vel filia fideicom-  
 missarii prædecessoris præterita videtur filia fideicom-  
 missarii actu possidentis, si ea nata sit priusquam fideicom-  
 missum huic ultimo esset apertum, quoniam si ipsa fuisset  
 masculus, illum exclusisset in toto si esset proximior, vel  
 saltem in sua virili si esset æqualis, & sic deinceps.

9. In quarto casu plurium concurrentium pro dote contra  
 alios conjunctos, si conjunctus ad dotem obligatus est om-  
 nibus idoneus, dicendum idem, quod in præcedentibus cir-  
 ca ordinem est dictum, si verò dicta idoneitas cessat, atten-  
 denda venit prioritas gradus; potius enim quæ fortorem,  
 quàm nepem, vel amicam dotare debet, quamvis temo-  
 rior esset ætate major, quoniam charitas eam debitu ordinem  
 proximitatis postulat, ut in concursu magis proximi-  
 moribus, quàm remotioribus benefacere timeatur, ex  
 consensu per Surd. de alimentis, tit. 1. quæst. 2. & per tot.  
 data verò equali proximitate, si ætas est valde inæqualis,  
 quia nempe una sit supra nubilem, neque diu valeat expec-  
 tate, illa prius providenda videtur, quàm altera, que potest  
 expectare; irrationabile siquidem videtur, ut expectanda  
 sit potius immatura ætas unius, quàm non consulendum  
 imminente periculo alterius; sed si ambo, vel plures sint  
 æque nobiles, tunc tota materia residet in iudicis arbitrio  
 regulando ad instar eorum, que per beneficium notari so-  
 lent in beneficiorum prælatione inter plures ejusdem generis  
 ad idem beneficium concurrentes; ac eorum, que in  
 elemosinarum distributione colliguntur per Surd. dist.  
 quæstion. 93. ut nempe consulendum sit minus provisæ, magis  
 que periculosa iuxta facti circumstantias; si enim huius-  
 modi sit dotis constitutio debita est officio iudicis, huius etiam  
 erunt partes in videndo, quomodo officium debear impartiri.

10. Quoad quintum casum unice dotis ex hominis dispositio-  
 ne danda uni ex pluribus personis determinatis, purè mand-  
 dat Titius dari milio pro dote prime filie, que ex filiabus  
 Sempronii maritatis, que intrant inspectione una est  
 ad effectum educationis, an scilicet dispositio tanquam  
 personalis de filia primo nata, ea mortue, seu non habente  
 caducetur, vel potius intelligenda sit de filia primo nu-  
 bene qualis fuerit in ordine nuptiarum; altera si pater possit  
 in præjudicium primogenitæ maritæ secundogenitam, ut  
 in ista conditio purificetur.

11. Circaprimo, Romanus consil. 408. censuit intelligend-  
 am esse de prima filia in ordine nuptiarum, ita ut ea non nu-  
 bente legatum caducetur; contrarium in eodem casu indi-  
 viduali decisivè tenuit Imola consil. 113. & hoc verius, magis  
 que dispositio voluntatis conformis dicitur. Sim. de Præ. de  
 interpretat. ultim. volun. lib. 4. interpret. 1. dubit. 9. numer.  
 14. ac plene firmat etiam in puncto idem consil. 96. & sequen-  
 tia est Rota in Assisen. dotis 29. Aprilis 1630. coram Veto-  
 spio, apud Gilliam ad Statut. Perus. dec. 118. num. 2. &  
 seq. & in allegata dec. 15. Orthoboni, quoniam dispositio  
 censetur potius ordinata ad unam ex filiabus in genere intitu-  
 tu partis pro eo sublevando, quam intuitu ipsius nubende, ni-  
 si aliunde per veras probationes, seu vehementes coniectu-  
 ras constaret de contraria dispositionis voluntate, quo casu  
 videtur concurrendum in sententiam Romanam, quando  
 facti qualitas particularis ita suaderet.

12. Circa verò secundam inspectionem ordinis, ex eisdem  
 rationibus, quibus dictum est in dote debita per patrem  
 iudicis officio non posse ordinem prætermitti, videtur  
 fortius dicendum in præsentibus, ut in specie dicit Rota in  
 dicta dec. Orthoboni, verum quando in casus contin-  
 gentia melius discussa materia, videtur forte verior al-  
 tera sententia, quod nempe licitum esset patri ordinem do-  
 tandi inter filias pervertire, tunc veniet dicendum idem in  
 isto casu, quoties versamur in dicto præsupposito, quod dis-  
 positio non sit personalis, sed intuitu, & contemplatione  
 patris, dum relicta ab extraneo filia intuitu paterno, nil dif-  
 fert à dote profecticia, seu fidei dispositio sit personalis fa-  
 vore ipsius femine dotande.

13. Sed si de facto, postposita primogenita, pater secundo-  
 genitam maritaverit, cum occasione educationis, dictum  
 sit regulariter istam dispositionem non esse directam ad

certam personam, sed respicere prioritatem nuptiarum, vi-  
 detur secundogenitæ apertam esse consequacionem legati,  
 cum in eius persona primum conditio sit purificata, firma  
 remanente actione primogenitæ contra patrem ad quanti-  
 interest debitum ordinem pervertum esse, si iusta causa, vel  
 excusacione cessante præposteratio prædicta de dolo, vel  
 culpa redargui possit, super quo in casus occurrit matura-  
 rius cogitandum erit.

14. Sexto casu dotis debite pluribus incertis de certis, ut  
 sunt subsidia dotalia per Montes familiarium, alique dis-  
 positiones distribuenda puellis de familia, ubi redditus ad  
 omnium puellarum dotem non sufficiunt, neque in testa-  
 mento, vel fundacione particularis lex super distributione  
 adiecta sit; si aliquæ in immatura ætate constituta possunt  
 commode expectare subventionem ex redditibus maturandis,  
 alia verò non, quia eorum ætas celeres nuptias deside-  
 ret, & tunc indubitatum videtur de subsidio promptius egenti-  
 bus providendum esse; si verò sunt omnes in ætate nubili,  
 neque de proximo futuri redditus verisimiliter sperantur,  
 ita ut juniores deberent diu post congruam ætatem nuptias  
 expectare, & tunc data ætali indigentia, proximiores  
 fundatoriis veniunt remotioribus præferendæ, atque illæ de  
 familia effectiva aliis de contentiva, ad instar fideicommissi-  
 si. Data verò in omnibus æqualitate, attendenda videtur,  
 vel maior ætas, vel eadem circumstantia, ob quam majori ur-  
 gente periculo, ceterior in una, quàm in altera provisione  
 desideretur prudentis iudicis arbitrio regulanda, ad instar dis-  
 tributionis elemosinarum, vel prælationis in concursu ad  
 beneficia, ut supra.

15. Sed quid si dispositio pro pluribus puellis dotandis unica  
 oratione ordinata sit, ut puta mandat Titius, ut ex fructu-  
 bus talium bonorum dotari debeant filie Sempronii, an istæ  
 veniant per concursum ad fructus singularum annorum à  
 principio, ita ut fructus primi anni, & sic successive æqua-  
 liter sint assignandi, & cumulandi pro dote singularum,  
 vel potius primæ annualitates dande sint primogenitæ, do-  
 nec summa congrua constituta sit, & sequentes pro secun-  
 dogenita, & sic deinceps; casum habui in facto, atque ex  
 præmissis rationibus, & auctoritatibus in primo casu consi-  
 deratis, censui concursum dictatum legatariarum non fore  
 simultaneum, sed successivum, ita etiam suadente verisimili  
 disponentis voluntate, cum quilibet pater familias hunc  
 ordinem in dotacione filiarum, vel conjugatarum servare  
 soleat; accedente quoque observantia Montium familia-  
 rum, aliorumque piarum locorum, quibus huiusmodi do-  
 talium subsidiorum distributio demandata est, si enim sin-  
 gularum annorum fructus in tot ratas distribuendi essent,  
 multum tempus efflueret ad integram cuiuslibet dotem con-  
 stituendam; unde contingeret quod tertio, vel quatuor-  
 ginta longe ante nubilem haberet partem dotis oriose depost-  
 tam, primo autem, vel secundogenita cogereret expecta-  
 re nuptias usque ad senectam. Sanctius ergo videtur, ex  
 servato ordine nature, cui primo nata est, consulatur, quod  
 que iunior senior locum cedat, quàm senior iunior em ad-  
 mittat ad concursum cum irreparabili præjudicio, maxime  
 quia singularum annualitatum redditus commodus ad unum  
 tantum favorem investiri valent, quàm si in plures ratas,  
 & minutias dividantur, & de quo casu habetur adum supra,  
 disc. 6.

16. Postquam autem dicto successivo concursu, vel ex juris dis-  
 positione, vel ex disponentis præcepto, contingit etiam du-  
 bicari, an primogenita negligente exigere illas primas an-  
 nualitates tractu temporis redditas inexigibiles, ex quibus  
 si fuissent exactæ, sua dos constitui posset, in præjudicium  
 sequentium in gradu futurarum annualitates præterende vale-  
 at; casum ponit in specie Rota in Romana bonorum, vi  
 usufructus 23. Junii 1632. coram Zarata, ubi contra primo-  
 genitam deciditur, illarumque jus tollere, vel differre, quod  
 puro verum, præsupposita negligentia, secus autem, si di-  
 ctarum annualitatum periculum dictæ primogenitæ culpa  
 non sit imputandum, ad instar eorum, que non autur de nup-  
 liere non agente ad bona fideicommissaria, si eius culpa do-  
 tem in bonis liberis non est assequuta, ex deductis in fra. disc.  
 145. juxta quos terminos ista materia regulanda videtur, ne  
 culpa cessante ex casu, vel alieno delicto, primogenita  
 contra omnem juris rationem iuribus suis destituta re-  
 maneat.

17. Septimi autem casus de dote debita pluribus incertis  
 de incertis decisio totaliter est reposita in arbitrio prædicti  
 iudicis regulando ex facti circumstantiis, juxta ea, que  
 in elemosinarum, ac alimentorum distributione nota-  
 tantur.



tantur per Surdum de alimentis, dicto titulo 1. quest. 93. nempe coniunctis potius, quam extraneis, sive potius ci- vilibus, quam ignobilibus, aut prius in maiori periculo con- titutis, quam in iura educatione existentibus, & sic deinceps, cum eorum regulam dare sit impossibile, maxime quia, nisi plurimum loca pia, quibus huiusmodi subsidiorum distributio demandata est, habent sua stabilitatem, vel consuetudines.

Verum dubitari contingit, an habens facultatem nomi- nandi plures puellas ad aliquod subsidium dotale consequen- dum, possit nominare non adhuc existentes in nubili, & cum casus occurreret dicendum in insigni piissima Archi- episcopate Sanctissima Annunciate Urbis, ego re- spondi negativè, quoniam pia disponentium voluntas est, ut singulis annis distribuatur dotes puellis indigentibus, ut eorum honestati consulatur, ideoque tunc dotali subsi- dio manendis, ut nubendo periculum evadant; ideoque tollendum non est subsidium indigentibus per nomina- tionem existentium in etate immatura, quibus in sequentibus nominationibus, dum erunt in congrua etate, rectè con- sultari potest, & ita receptum fuit.

In octavo casu, cum iam stuprate supponantur in etate nubili, non cadit quælio super etate, neque intrant inspec- tiones bene ordinatæ charitatis, seu verisimilis intentionis in casibus præcedentibus quoad ordinem servandum habi- tate; unde sola quælio concursus dari potest, si in eodem plu- rum puellarum suppositorum bona omnium dotationi non suf- ficiant, an scilicet inter eas attendenda veniat prioritas temporis in stupro, vel æqualis concursus; & iuxta hunc secundum modum ad instar plurium ponalium, vel personalium creditorum in simul concurrentium re- spondendum videtur, quoniam cum stuprata non competat hypotheca, non datur prius, & posterius, quod ex sola æquitate in aliis dotebus ex charitate, vel sangui- nis ratione debitis superius est a iustis, unde causa sit stu- prata curandi quam primum dotali constitutionem cum hy- potheca, ut ita valem excludat.

S U M M A R I U M.

- 1 Qualis ordo teneri debeat inter obligatos dotare.
2 De obligatione defloratoris dotandi defloratam.
3 De dote illegitimarum.

ANNOT. AD DISC. CXLII.

DE ordine inter dotare debentes agitur generaliter in hoc disc. & repetitur inter ascendentes disc. 145. pro regulatione dispositionis Arch. res que, in hoc autem dignoscitur una ex Pragmaticorum ineptiis, vel simplicitatibus legiscais ambulandi unus post alium more pe- culum, vel avium absque discussa, cum ordine statuto per text. in l. si quis a liberis, ff. de liber. agnos. non re- flectendo ad toties insinuatam, & inculcatam diversita- tem temporum, & legum; siquidem de tempore quo præ- dit text. si quis a liberis, nulla matris, & ascendendum, vel collateralium per matrem latus erat successio, quæ erat patris, & ascendendum per idem latus, ideoque ius- tum, ac rationabile erat, ut qui in uno gravaretur, in al- tero relevaretur, sive competenter commodum cum in- commo, regulando ordinem dotationis, & ordinem ali- mentorum cum ordine successiois, & cum alio ordine tu- telæ; hanc autem, quod de iure novissimo perperam, & contra Italice mores ex pluries inculcatam nostrorum ma- jorum simplicitate recepto, æqualis est in successione condito matris, ac patris, aliorumque parentum utrius- que lateris iuxta proximitatem gradus, omni sublatâ dif- ferentia patris potestatis, ac agnationis, & cognationis, non videtur que ratio suppetat, cur in matre, quæ æqualis facta est parti in commo, non debeat dotali eadem æqualitas in onere, & in commo, major vero irra- tionabilis dignoscitur in concursu matris, aliorumque ascen- dendum proximiorum eius lateris, & avi paterni, aliorum- que ejusdem lateris ascendendum remotiorum, quod pe- nitius excluduntur a commo successiois, & a præro- gativa tutelæ, & tamen ipsorum potior est dotali obli- gatio; magisque eadem irrationabilitas dignoscitur in dotatione illegitimarum, quoniam patris, aliorumque ma- jorum ejusdem lateris nulla est successio, quæ tota est ma- tris, aliorumque ascendendum, & conjutorum ejus la- teris, & tamen illorum est prior obligatio, dum ita non so- lum exorbitanter a iure antiquo, & medio, & a moribus Romanorum, ac Italice pacificati sunt agnati, & cognati, sed illi longe melioris conditionis effecti sunt, quo nil abutur-

dus, nive irrationabilis, ideoque licet Ego in isto discursu cum ordine ejusdem text. processerim cum eodem pragma- tico more, attamen id egi ut satisficerem illo forenti, at- que obediret nostris ma. oribus, vitareque ullam temerita- tis notam a quo scio me non esse in manem, sed adhuc istam irrationabilitatem aliquantulum motivavi.

Et circa obligationem defloratoris dotantis defloratam videantur ea, quæ habentur infra, in hoc tituli. disc. 170. & de dote debita filiarum naturalium agitur infra in distictu. disc. 3. 171.

De Statutis dotium moderatois, an valeant, & obligent, quomodo; & quando; qua occa- sione agitur de dote, an sit de iure naturali, vel gentium, vel positivo; & incidenter de Sta- tutis laicalibus comprehendendis necne a ctus juratos; vel personis Ecclesiasticis in gene- re.

S U M M A R I U M.

- 1 De origine matrimonii, & quod dot non sit necessaria ad matrimonium.
2 Dote quo iure sit induta, an naturali, gentium, vel civili.
3 Tanquam induta a de jure positivo, eodem iure tolli, vel moderari potest.
4 An leges positive dotium derogatoria, vel moderatoria adveniunt libertati matrimonii negativè; sed vide n. 31. in fine.
5 Dicuntur leges favorabiles, & matrimonii facilitatem inducentes, sed an respiciant favorem publicum, vel privatum, n. 54.
6 Urbis appellations venit districtus per 40. miliaria cir- cum circa.
7 Que constitutiones, vel Statuta dotium moderatoria ad- sint in urbe.
8 Omnia sunt antiquata, vel revocata, solumque hodie viget constitutio Sixti V. nuncupata Sixtina, sed anti- quiora bene attendenda quoad dotes constitutas de tempore, quo vigebant.
9 Sixtina etiam hodie subsiste, sed passim ei derogatur, & alias dote est nulla in excessu, subsistet tamen infra summam promissam, ut post n. seg.
10 Huiusmodi legibus Princeps dispensat.
11 Stante facilitate concedendi dicitur derogationem, que nemini negatur, non est necesse iustificare causam in ea narrata, neque dicitur gratia potest impugnari de subreptione, vel obreptione.
12 Derogatio concessa pro uno matrimonio suffragatur pro omnibus, quamvis primum non habuerit effectum.
13 Lex nova quando censetur præterita expectantia perfectio- nem de futuro.
14 Derogatio, de qua non apparet, presumitur concessa ex lapsu temporis concurrentibus pluribus requisitis, quo- rum notitia deservit ad totam materiam beneplaciti, vel alterius extrinsecæ solemnitatis presump- ti.
15 Ut intret hec presumpcio, consistere debet de titulo veris, & non sufficit presumpcio, ne datur presumpcio presump- tionis.
16 Requiritur lapsus temporis, & an debeat esse 30. anno- rum, vel sufficere decem.
17 Dispensatio matrimonialis super impedimentis, presu- mitur ex lapsu decem annorum.
18 Observantia rarior requiritur, que debet esse vera, & con- tinua, regulanda non a tempore matrimonii, sed a dote.
19 Hæ requisiti concurrentibus resulsat presumpcio juris tantum contraria probatione elidibilis.
20 An huiusmodi derogationes habeant oculos retro, ita ut retrotrahantur in præjudicium eorum, quibus medio tempore jus acquisitum fuit.
21 In obligationibus conditionalibus sub conditione casua- li, vel mixta, purificatio conditionis retrahit obli- gationem ad tempus promissionis, sicut in voluntariis, num. 28.
22 Ratificatio actus nulli, an operetur ut tunc, vel ut tunc, & tunc, vel bonorum Ecclesie alienatione, vel obli- gatione, an Pape, vel Principis beneplacitum retro- trahatur.
23 Secundus creditor cum priori assensu presertur in fendis, & aliis prohibitis creditoris anterioris, qui assensum habeat posteriorem.

35 Qua differentia sit inter istam prohibitionem ex Sixtina resultantem, & illam alienandi fenda, vel bona Ec- clesie ad effectum retrotrahendi.

- 26 Assensu Domini habet infandus, & officii vim nova in- vestitura, & concessio.
27 Ubi derogationis impetratio non est conventa vel reserva- ta, an obstat retrotrahatur, distinguitur inter do- tantes ex necessitate, & voluntate, ut primo casu re- trotrahatur, secundo non.
28 In obligationibus sub conditione voluntaria non datur re- trotractio, sed attenditur tempus purificatae conditio- nis.
29 An huiusmodi Statuta, vel leges particulares dotium mo- deratoria ligent non subditos, distinguitur plene ma- teria, cujus notitia influit generaliter ad Statuta, an obligent clericos forenses, vel subditos extra territo- rium.
30 Constitutio Sixtina comprehendit clericos, quia de eis lo- quitur expresse, sed quid de aliis Statutis Urbis anti- quis, n. 32.
31 Comprehendit etiam exteros, quod Rota declaravit re- spectu recipientium dotes a civibus, non respectu dan- tium dotes civibus; quod habet aliquas difficultates, & num. 38.
32 An Statuta urbis antiqua, vel aliæ generaliter compre- hendant clericum activo, quia scilicet et per laicum dos fuerit constituta, & agat contrahendum pro dote consequenda.
33 Subditus non potest sprete lege superioris contrahere cum non subdito, & statuti formam imitere.
34 Clerici conjugati, an in civilibus subiaceant foro, & le- gibus laicorum remissio.
35 An dictis legibus, & statutis ligentur clerici passives, quia dotem laico promiserint, & a laico conventi allegent ad eorum favorem statutum.
36 Statuta urbis generaliter, an comprehendant, & ligent clericos, alioque Ecclesiasticos.
37 Clerici possunt uti Statutis laicorum ad eorum favo- rem.
38 Statuta dotium moderatois non suffragantur forensibus contra dotes, licet in casu Sixtina sit diversitas ratio- num, n. 31.
39 Utraque subiectio personarum, & bonorum in statutis re- quiritur, ideoque non comprehendit forenses quomvis bonafini in territorio, nec personas quomvis subitas si bona sunt extra territorium.
40 Crues, & subditi possunt allegare Statutum prædictum contra forenses.
41 Forenses comprehenduntur sub Statuto si forte interven- ti, ubi verò dos constituitur a subdito, vel quavis re- nente, & non subditus sit de iure subditus.
42 Actus leges per subditos extra territorium non valent, & veniunt sub Statuto ubi est inhabilitata simpliciter per- sona.
43 Ubi verò est inhabilitata secundum quid, quare requiratur certa solemnitas, non attenditur statutum, nisi asse- rat, & infra idem stat.
44 Quid de actu gesto in territorio, sed in loco exem- plo a jurisdictione statuentis, an subiaceat Statu- to.
45 Hoc statutum dotium moderatois, an procedat ubi dos constituta est in bonis sive extra territorium.
46 Statutum hoc non procedit in dote necessaria pro matri- monio spirituali in aliquo Monasterio cum declaratio- ne.
47 An hec statuta procedant in muliere se ipsam dotante.
48 Quid in mulieribus patientibus deformitatem, vel alium defectum animi, vel corporis, an tali casu liceat exce- dere taxam statuti, & suppleri quod est necessarium pro defectu compensando.
49 Sixtina, & alie urbis constitutiones antiqua dotium mo- deratoria procedunt etiam in dote promissa cum iura- mento.
50 Pape tollit iuramentum nedium in propriis legibus, & Statutis, sed etiam laicorum confirmatis in forma spe- cifica, sicut autem in forma communi, quia tunc de- bet voluntas.
51 Confirmatio presumpta habet vim confirmationis in for- ma communi, non autem specifica, nisi deducatur ex- memorabili, cujus vigore potest allegari ius mel- lior de mundo.

52 Lex laicalis respiciens primario favorem publicum com- prehendit etiam actus juratos, & derogatione.

- 53 Favor publicus quando dicatur primarius, & quando se- cundarius.
54 Leges dotium moderatorie licet sint favorabiles, ut n. 3. tamen favor est primario privatus.
55 Lex laicalis respiciens primario favorem privatum, & non faciens mentionem de juramento, non completitur actus juratos, sed eadem non obstante iuramentum est servandum reprobatâ distinctione Bartoli, an iura- mentum feratur ad rem, vel personam.
56 Quod extenditur etiam ad legem Papalem ex defectu vo- luntatis ubi non adiant verba facti ampla.
57 Lex laicalis faciens mentionem de juramento illud que di- rectè tollens non est servanda, neque tollit obligatio- nem observandam iuramentum.
58 Declarantur aliqui casus remissio, in quibus aliqui pu- rant hoc laicis licere.
59 Ubi lex laicalis tollit iuramentum indirectè, quia ad- martidem scriptura, valet, & operatur sum effectum, quod declaratur.
60 Idem ubi tollit etiam indirectè presumendū iuramentum dolo, & metu extortum.
61 Ex ista ratione defenditur pragmatica Regni Neapoli- tani prima de Vellejano, per quam tollitur vis iura- menti.
62 Hec est presumpcio tantum contraria probatione, vel for- tiori presumpcio elidibilis, unde si Statutum prohi- beat contrarium posse probari non valet.
63 Lex laicalis tollit etiam indirectè vim iuramenti pro inte- resse tertii, & inter tertios, firmo manente iuramenti vinculo quoad iuramentum, & datur exemplum in ter- minis nostris.
64 De Statuto fori mercatorum Bononia vocante ad equalem concursum credatores posteriores cum anterioribus, & hypothecariis in bonis decollis.
65 Lex laicalis non tollit iuramentum futurum, & probi- bens illud præstari non est attendendum, quod decla- ratur.
66 Iuramentum, an suppleat duos defectus, ita ut existente actu nullo ex duplici capite operetur, necne.

D I S C. CXLIII.

D Isputant scribentes de quibus Sanchez de matrimonio, lib. 2. disp. 1. & seq. Basil. Pont. eodem tract. lib. 1. cap. 3. an matrimonium, non solum confideratur tanquam Sa- cramentum (in quo sensu est sine dubio de iure Divino) sed etiam tanquam contractus, sit de iure naturali, vel gentium potius quam de positivo; atque ex hoc aliqui in- ferunt etiam ad dorem, ut eodem iure censenda sit quoad ipsum matrimonium, cui illa videtur naturaliter conne- xa, ex eo quod non possunt contrahi matrimonio sine dote iuxta decretum Concilii Arelatenis registratum in can- nullum 30. question. 1. vel saltem non solent, ut cæteris re- latis advertunt Surd. decis. 62. numer. 13. Burat. & Adden. decis. 834. num. 10. & 16. verum extranea est dicta questio matrimonii a dote, quoniam non datur quidem dos sine matrimonio, a quo nomen, ac essentiam recipit, sive ius- tum, C. de repud. l. ex his, C. de donat. inter vir. & uxor. & omnes communiter, ut presertim frequenter decantati solet in materia fructuum, seu usutatum dotalium, sed non eccon- tra, quia licet matrimonium non solent contrahi sine dote, attamen ista non est præcisè necessaria; cum etiam sine illa rectè matrimonium subsistat, ideoque dos neque substancialia, neque naturalia matrimonio respici, ut reprobat Mozio, & aliis contrarium tenentibus, est omnino verius ex deductis per Molin. de rit. nupt. lib. 1. cap. par. 13. num. 9. & seq. Pontanell. de pall. claus. 3. glo. 1. part. 1. num. 6. & seq. ubi numer. 14. restatur dictum decretum Concilii Arelatenis legis vim non habere, quod etiam deducitur per Arias de Meta lib. 2. var. cap. 40. num. 4. Dictumque decretum intelli- gendum esse de solito adverteit Mantie. de acten. lib. 12. tit. 3. num. 5. & latius Hoff. de dot. cap. 2. à num. 138. & sup. disc. 1. ideoque relinquendo locum veritati circa dictam quæstio- nem matrimonii, firmum, ac indubitatum est, dorem à iure naturali secundario, quod idem est, ac gentium pri- mævum, non esse cognitum, dum sola quæstio est, an ori- ginata sit ex iure gentium secundario, vel potius civili, si- quidem Bartol. in rubr. ff. solut. mar. priorem partem tenens sed de illius dicto dubitat. Bald. Novell. hoc tractat. part. 3. n. 1. qui n. 8. conciliando distinguit inter originem, & ordi- nationem, ut prima sit iuris gentium, secunda vero iuris ci- vilis,



villis, eademque distinctionem sequitur Barbof. in 4. p. rub. solut. matr. n. 23. & seq.

Verum neque ista distinctio videtur tuta, quoniam à di- & jure gentium originari videtur contractus respicientes illum commercii, ac rectè vendendi modum, qui omnibus gentibus data dominiorum distinctio erant communes, & necessarii, ut sunt peremptio, emptio, & venditio, com- modatum, & similes; Dos autem, nec ad humanum com- mercium necessaria, neque omnibus gentibus communis fuit, cum apud pleraque nationes legamus hujusmodi con- tractum fuisse incognitum, ut observat Petr. Greg. Syntagm. jur. par. 2. lib. 2. cap. 18. & transcripto Fontanell. de pass. nupt. claus. 5. glof. 1. p. 1. ex n. 1. cum aliis per Boss. de dot. c. 2. num. 138.

Ideoque potius dicendum videtur, ut non jure gentium generali, sed aliquid particularium gentium moribus, & usu originarium sit, postmodum vero à jure civili ordina- tum, ac propterea dicatur de jure gentium improprio ad differentiam puri juris civilis, seu scripti, atque in hoc coincidunt ea, quae late deducuntur hinc inde per Barbofam ubi supra.

Quidquid autem sit de his, quae Academicorum ingenii relinquenda videntur; hoc unum est certum, ut de jure po- sitivo inducendum esse censendum sit, proindeque eodem jure tolli possit, vel moderari; unde propterea non est dubitan- dum de substantia legis positivae dotium moderatioris, si enim ex veriori & recepta sententia lex positiva moderatur, immò in tquam tollit legitimam quodammodo debitam de jure naturae, igitur fortius dotem. Solumque dubitatio ca- dit quoad Sacramentum matrimonii, cujus libertatem tales moderaciones restringere videntur, proindeque tali respec- tu eas invalidas censuit Hyppolit. de Marfil. singular. 589. quem simpliciter allegando sequitur Paschal. de patria potest. par. 3. cap. 2. numer. 29. atque dubitant caeteri deducti per inferius allegandos; verum talem sententiam, nec juris, nec rationis fundamentum habere bene probant Rebell. de obligat. justitia. par. 2. lib. 5. q. 8. sect. 1. Baeza de non melio- randa; cap. 2. ex n. 1. per rot. Molin. de ritu nupt. lib. 2. dist. 7. ex n. 70. Fontanell. de claus. 5. glof. 5. p. 1. n. 20. Bossius de ma- trimon. c. 11. n. 250. atque per absolutum habuit Rota decif. 117. par. 1. dicitur.

Idque non videtur admittre controversiam, dum Summi Pontifices Pius. & Sixtus Quinti, alique praedecessores hujusmodi moderaciones in urbe ordinant; Nemini enim magis, quam Summo Pontifici libertatis matrimonii defensio incumbit.

Immo tantum abest dictas moderaciones matrimonio pre- judicare, ut potius ob frequentiam, ac majorem facilitatem matrimoniorum esse favorabiles dicant Baeza ubi supra n. 5. & Rota dec. 117. atque laudabiles, utiles, favorabiles, ac desiderabiles praedicant Fontanell. ubi supra, & ubi ad conjur. Messan. cap. 4. glof. 7. par. 1. in princip. & Leotardi. de iur. quast. 40. nu. 69. Quare supposita validitate, ac agen- do de interpretatione, vel observantia.

In urbe (sub cuius nuncupatione alio non expresso, pro exterorum noticia venit tantum ejus districtus per 40. millia, ) adunt Statutum antiquum editum sub Clem. VII. de anno 1532. taxans dotes ad bis mille ducatos de ca- rolenis, necnon Constitutio Pii V. 39. in Bullario illastaxans ad ducatos 4500. pariter de carolenis; & altera Sixti V. in Bullario la 52. taxans ad fcuta auri quinque mille im- portans scuta monetæ 5500. attentò valore fcuti auri illius temporis.

Statutum antiquum tanquam abolitum per dictas Consti- tutiones non est amplius in consideratione, nisi quoad dotes ante constitutiones praedictas jam constitutas, ut supra dist. 22. Prout de Constitutione Pii non est habenda ratio tanquam abrogata per Constitutionem Gregorii XIII. ut fir- mavit Rot. apud Gregor. dec. 267. & Romana Calalis Aguz- zani 27. Junii 1640. coram Ro asinter suas decif. 117. & in Romana doris 19. Januarii 1652. coram Verolpio dec. 213. p. 11. recens. & in aliis.

Quare hodie tantum viget Constitutio Sixti, quam licet aliqui voluerint contrario usu adhuc abolitam esse, quod etiam annuere videtur Rota in dicta Romana doris coram Ve- rolpio; attemen ex Constitutione Innocentii IX. mandante derogaciones gratis concedi, atque ex inconsculo usu illas impetrandi, quod illius vigorem praesupponit, non est dubi- tandum de illius subsistentia, prout in praxi, Curia non dubi- tat. verum quidem est quod in effectu rectè dici potest ab usu recessisse, dum passim derogaciones conceduntur, ne- que unquam Papa illas negat, ut testatur Rota in allegatis de-

cisionibus coram Verolpio, & Rojas; atque per Principem rectè hujusmodi taxationibus dispensari posse indubitatum 10 in specie dicit Baeza de non melior. quast. ult. numer. 2. sed si de facto non impetretur derogatio, nullitas in excessu est cla- ra ob decretum irritans contentum in eadem Sixtina, cujus occasione hic notata rectè alii legibus, vel similibus Statu- tis poterant applicari; derogatione autem non obtenta dotis constitutio est irrita in excessu, solumque subsistunt in summa permissa, ac cujus rationem lucra deseruntur alicui effectus regulantur, ut per Rot. in Romana quati- dotalis 2. Junii 1642. & 27. Aprilis 1643. Ghislerio quati- rum ultima est decif. 175. par. 9. recens. & habetur supra in Romana doris de Anguillaria disc. 128. Stante autem praedicta facilitate Papæ super concessione derogationis, non est necessaria justificatio causae ibidem narratae, neque ob falsam expressionem argui potest gratia de subreptione, quae non intrat, quod certum est Principem etiam si- ne tali narrativa fuisse concessurum, ut in specie firmat Rota in allegata Romana doris coram Verolpio decif. 213. par. 11.

Prout semel concessa pro uno matrimonio suffragatur pro omnibus, cum dos semel bene constituta semper duret talis, ut in his terminis Rota decif. 527. numer. 13. par. 5. recens. quae loquitur in casu Statuti superveni post constitutum doto primovirato, ut eam non capiat quamvis secundo viro post Statutum constituitur; quod ego puro verum, etiam si primum matrimonium, cujus occasione dos valide constitu- ta fuit, non sit sequutum; sufficit enim semel mulieri ad- istam taxam jus esse questum, cum etiam dos constituta spon- sae de futuro gaudeat privilegio ne possit mutari, ut inferius habetur disc. 152.

Et licet ubi Statutum supervenit ante matrimonium, pos- sit de hoc in puncto juris dubitari, ex regula quod lex nova de sui natura respiciens futura capit etiam praeterita expec- tancia perfectionem à futuro, ut est in praesentibus quoniam perfectio dotis pendet à matrimonio, proindeque ita in his terminis respondit Orosius in l. omnes populi, num. 149. ff. de iust. & iur. relatus per Baez. dicta quast. ult. num. ult. at- tamen contraria sententia verior videtur, quia licet dos quoad alios effectus expectet perfectionem à matrimonio, non tam- en quoad istum, ne possit amplius mutari, proindeque ex sola valida constitutione dotis in certa summa, dicitur in ea jus mulieris questum, & sic agitur de jure jam questum, & perfectum, ut d. disc. 152.

Ubi verò expressè dicta derogatio non reperitur concessa, 14 adhuc intrat praesumptio ex lapsu temporis, adinstar cuiuscum- que extrinsecae solemnitate, quae per lapsum temporis adhi- bita praesumitur, ut rectè in his terminis firmavit Rota in Romana quati dotalis 27. Junii 1639. & 14. Novembris ejus- dem anni coram Panzerolo, quarum prima est impressa apud Zach. de oblig. Cameral. decif. 272. & utraque est decif. 16. & 172. par. 8. recens. & tertia de anno 1643. est decif. 175. p. 9. recens. ac dicitur in dicta dec. 117. Rojas; Plurata tamen concurrere debent, ut hujusmodi praesumptio intret, quorum notitia generaliter servit per rota materia praesumptae so- lemnitatis extrinsecae.

Primo igitur constare debet de vera constitutione dotis, 15 neque sufficit praesumpta, quia praesumptio solemnitate pos- sibilis substantiam, ac veritatem tituli, cui solemnitates ad- haerere debent, ne detur multiplicatio praesumptionum, Alex. conf. 50. num. 7. lib. 5. Ruin. conf. 75. num. 8. lib. 1. Se- raphin decif. 1042. num. 4. Rot. decif. 57. num. 15. & seq. & dec. 192. n. 14. p. 8. recens. Unde si estem in casu dotis; quae praesumptio juris constituta censetur, juxta deducta disc. 150. tunc non potest praetendi maior summa, quam taxata per dictam constitutionem, cum praesumptio derogationis non possit intrare.

Secundo requiritur lapsus temporis, quod illud regu- lando adinstar beneplaciti praesumpti in alienationibus bo- norum Ecclesiae, non debet esse minus quam tricennale, quod sufficit, ut in specie ita regulavit Rota in dicta Ro- mana, seu Januen. quati dotalis coram Panzerolo, & quidem attentò rigore regularum non videtur licet ubi non quam tricennale attendendum, quoniam adest resistitiam agitur de gravi praedictio terti, neque adest resistitiam juris, regulariter ad praesumendam solemnitate extrinse- cam solum tempus decennale sufficit, ex deductis per Gabriel. sub ritu. de praesump. conclus. 1. quorum utrum- que hic dici posse videtur, quia talis derogatio nullius praedictio continet; neque habet juris communis resis- tentiam; attemen quia dicitur adest resistitiam ipsius Constitutionis habentis decretum irritans, ac etiam quia tracta-

tractatur de solemnitate non nisi per scripturam adhibenda, iudicò videtur dicendum idem, quod passim ex dictis ratio- nibus habetur de beneplacito in alienatione bonorum Ecclesiae, ad eum instar Rota ut supra istam materiam te- nentur.

Verum quidem est, quod ratione subjectae materiae, rigorosa videtur illa sententia, cum hic agatur de materia favorabilis, per quam fit reverso ad jus commune, atque sit concessio passim abique aliqua circumstantia tradi so- litae, quorum utrumque cessat in casu alienationis tradi so- litae Ecclesiae, unde termini non videntur aequales; & quemadmodum favore matrimonii, dispensatio super im- pedimentis, ex solo decennio praesumitur, & tamen dispen- satio non nisi per scripturam conceditur, Greg. decif. 8. n. 8. Cavaler. decif. 123. in fine, ita pariter & fortius dictum tempus in isto casu sufficiens videtur; neque Rota in allegata decisionibus firmavit contractum, dixit enim ibi, quod ob lapsum triginta annorum, quod in eo casu concurbat, intrabat praesumptio beneplaciti, sed posito quod esset mi- nus, non disputatur articulum.

Tertio concurrere debet observantia, sine qua tem- pus in ista materia nihil operatur, quae observantia debet esse vera, non autem praesumpta, ne detur cumulatio praes-umptionum, Marefcot. lib. 1. variar. cap. 13. numer. 13. & 14. Coccin. dec. 301. num. 4. Adde ad Gregor. decif. 354. Adde ad Barut. dec. 45. ubi caeteri; illaque debet esse continuata per totum tempus, neque sufficit actus unico contextu pro pluribus annis gestus, Adde ad Gregor. ubi supra, Rot. dec. 188. num. 12. & 294. in fin. par. 6. recens. observantia tamen non est regulanda ex matrimo- nio, sed ex ipsa dote; Stant enim simul quod matrimo- nium duraverit per tempus longissimum, & tamen quod nulla concurrat observantia circa dotem, sine qua ma- trimonium esse potuit, ideoque constare debet, vel dote solutam fuisse in tota summa excessiva, atque post solutionem lapsum esse tempus abique dotantis contradi- ctione, vel dotantem pro dicto continuato tempore sol- visse fructus dotales.

His tamen concurrentibus, intrat praesumptio juris tantum, admittens contrariam probationem; concurrente siquidem probatione veritatis, semper cessat praesump- tio, Cravet. de antiqu. temp. par. 3. cap. 1. numer. 27. Ca- valer. dec. 613. nu. 2. Rot. dec. 294. numer. 29. & seq. par. 6. recens. Adde ad Barut. decif. 120. numer. 4. & seq. & propterea cum hujusmodi derogaciones non nisi per Bre- ve concedi soleant, atque modernis temporibus registra- expeditionum diligenter conserventur, hinc sequitur quod facilis videtur probatio negativa per diligentias servatis servandis adhibitas.

Cadit in ista materia derogationis opportuna dubita- tio, an ejus concessio habeat oculos retro, itaque retrorahat ut tempus dotis promissae in praedictio eorum, quibus medio tempore fuit jus questum, quod dupliciter fieri potest; uno modo respectu ipsiusmet dotantis, qui dotem in excessu constituit, ante derogationem ad minorem summam reduxit; & altero respectu terti, cui medio tempore inter dotis constitutionem, ac obtentam derogationem jus questum fuerit, quia nempè do- tans bona valide in eum alienaverit, vel hypothecas ad ejus favorem contraxerit.

Et in hoc distinguendum est, an in dotis constitutio- ne posita fuerit sub conditione impetrato derogationis, cum implicita, seu explicita promissione illam impetran- di necne; Si enim dicta promissio facta est cum refer- vatione beneplaciti, & tunc videtur per retroractionem respondendum, quoniam in obligationibus conditionali- bus sub conditione casuali, vel mixta, conditionis pu- rificatio operatur retroractionem ad diem promissionis, ac text. in lib. 1. & l. Qui balneum, in princ. & §. 1. ff. Qui potior. in pign. ubi scribentes, cum concordantibus in pro- ximis terminis late deductis per Salgad. in labyrinth. cred. par. 2. cap. 21. ex n. 1. Et in puncto Sixtinae ad ef- fectum tamen primi casus supra enunciati plenè Rota in Romana residui dotis 8. Junii 1654. & 13. Junii 1657. coram Melcio, quatum secunda est dec. 258. p. 12. & de qua supra, disc. 24.

Conditionem verò praedictam, ut pendente à facto Principis dictam derogationem concedere debentis, non esse vo- esse mixtam, late probant Salgad. ubi supra, num. 32. & seq. ubi alios colligit, & Rota ubi supra.

Stante siquidem dicta conditione, actus dicitur habere

quendam implicitum statum validitatis, atque per cum que- situm esse illi, cui fit dotis promissio, quoddam jus condicio- nale sub spe probabili purificationis.

Neque dici potest istam esse conditionem merè volonta- riam, quoniam cum expressè reservata fuerit derogationis imperatrix, hinc proinde ad istam obtinendam, tamquam implementum suae promissionis, rectè dotans cogi poterat; ideoque applicari videtur distinctio communiter adhibita per Scribentes in ea quaestione, an ratificatio actus retrò nulli operetur ut nunc, vel ut tunc, ut nempè aut actus sit omni- nò nullus, itaut agens nullatenus ad ratificationem, vel im- plementum cogi valeat, & operetur ut nunc; aut verò ali- quem validitatis implicitum statum habeat, ita ut illum agens ad ratihabendum possit compelli, & debeat operari ut tunc, ut late per Surd. decif. 69. et 245. ubi Hodiern. in addit. Rota decif. 35. apud Merlin. de pignor. num. 10. et 11. Salgad. in La- byrinth. par. 2. cap. 10. num. 58. et cap. 21. num. 53. et seq. ubi alii.

Nec diceret, quod his rationibus atremis, sequere- tur idem dicendum esse in alienatione, vel obligatione feu- dorum, & officiorum, seu rerum Ecclesiae, ac similibus bo- norum, quae sunt alienari prohibita, in quibus communis, ac recepta conclusio videtur, subsequentem revalidationem non retrorahi in praedictio ejus, cui medio tempore jus questum fuit, itaut creditor in tempore posteriori, sed in assensu anteriori, praetendus veniat creditori priori in tempore, in assensu tamen posteriori, ex deductis per Sal- gad. d. par. 2. cap. 21. numer. 34. Franchi decif. 86. cum aliis per Roecum responsio 53. lib. 1. ubi multos cumque negan- tes retroractionem assensus super feudis, ac respondens Ca- pyc. & Afflic. contrarium tenentibus; & habetur pluries sub tit. de feud. praetertim disc. 78. ac etiam sub tit. de emphy- teusi, disc. 58.

Non est etenim paritriusque casus ratio, quoniam hic agi- tur de solo accidentali, ac extrinseco impedimento perso- nali, per quod impeditur quidem exercitio actionis, vel obligationis civilis, sed non actus obligationis natu- ralis, neque causatur totalis inhabilitas personae, cum ne- mo de jure prohibetur dotem in quacumque summa con- stituere.

In feudis autem, seu officiis, ac bonis ecclesiasticis, cum similibus, agitur de impedimento intrinseco rei posite extra commercium abique praevia Principis voluntate, ante cujus obtentionem nullum nec in re, nec in spe quatuor videtur, cui per privatum sit promissio, ut bene in his terminis Sixti- nae, distinguendo istum casum doris ab altero alienationis bo- norum Ecclesiae; Rota in allegata Romana residui dotis coram Melcio, & supra in hujus causae, disc. 24.

Licet enim feuda, & similia dici non valeant extra com- mercium simpliciter, ut sunt campus Martius, & res sacrae &c. quoniam eis legatis, vel promissis, intrat quoque obligatio ad estimationem, juxta unam opinionem; ar- tamen dicuntur extra commercium secundum quid, ut nempè abque assensu, jus super eis, vel ad eas, alteri qua- ri non possit.

Altera etiam diversitatis ratio viget in feudis, vel offi- ciis, ac similibus in nostro commercio abique Principis, vel Domini licentia non existentibus, quoniam in istis as- sensus habet vim investiturae, atque fingitur, alienantem, vel hypotecantem refutare feudum, vel officium in manu Domini, per quem denique concedatur etiam cujus favorem assensus conceditur; unde hic sciens quod Princeps eandem rem alteri non concessit, ut licet scire potest ab officialibus, vel ex revolutionibus librorum, in quibus assensus hujusmodi registrari solent, ab ipso Principe, vel Domino acquirere dicitur, ejusque fidei sequi, ut ha- beatur pluries ad hanc materiam officiorum & locorum montium sub tit. de Regal. Proindeque remaneret aliàs à fide publica, atque ab ipsa rei natura deceptus, quod dici non potest in altero casu, in quo solus defectus est in impe- dimentò contractantis; idque facilius ubi, ut in casu de quo agitur, prohibito videtur in effectu sapere nudam cere- moniam, & quodammodo dici potest usu abolita, ut su- pra, dum nemini abique aliqua diligentia, vel impensa derogatio denegatur.

Si verò promissio est simplex abique dicta reservatio- ne, & tunc videtur primo aspectu dicendum retroractionem non intrare, quoniam cessat ratio obligationis condicio- nalis, ac altera necessitas obtinendi assensum, itaut suble- quens obtera revalidatio videatur merè voluntaria; in his autem quae à voluntate debitoris pendet, retroractio non intrat, ad notat. in eadem l. 1. & l. qui balneum, & l. potior, ff. qui



ff. qui prior. & l. Filius, ff. de verb. obligat. Surd. conf. 355. n. 23. & 24. Buratt. decif. 581. n. 14. Salgad. d. part. 2. cap. 2. n. 8. & seq.

28. Mihi autem videtur distinguendum esse inter dotantem ex necessitate, ac alterum dotantem ex mera liberalitate, ut primo casu pro retrotractione videatur respondendum, quia cum dotans cogi possit ad constituendam eam dotem tanquam congruam, quamvis taxa Statuti majorem, prout contingit in Sixtina, ex deductis infra d. scilicet, utique cogi etiam potest invitus ad obtinendam derogationem, quoniam obligatus ad factum, dicitur obligatus ad omnia, quae facti adimplementum exigunt; ideoque patet, vel fratres, ac similes de jure ad congruam dotem obligati, eam constituendo, censentur virtualiter, ac implicitè promittere quoque ne derogationis impetrationem, tanquam medium necessarium ad propriam obligationis implementationem, atque aliud non agit hujusmodi dotans quando dotem constituit, nisi quod tanquam legis minister summam taxat, seu explicat, nec non hypothecam, quam lex omisit, adjicit, & consequenter ab instanti declarationis prædictæ, quantum ad dotandæ jus irrevocabile, quod per aliam dotantis electionem, vel hypothecam, minui, vel tolli non potuit; Maxime, ut præmissi, in terminis Sixtinae civis prohibito in effectu meram ceremoniam sapere videtur; unde propterea quamvis post mortem sine novo hæredis consensu non detur assensus validus super obligatione feudorum in Regno utriusque Siciliae, attamen id fallit in dote ex dicta ratione, quia est actus necessarius ad quod cogi potest, ut sub ritu. de feudis, d. scilicet. 109. num. 11.

Secundo autem casu dotantis ex mera liberalitate, & tunc quia lex illum non obligat ad dotandum, ac successivè deficit obligatio dictam derogationem impetrandi, neque promissio hominis habet radices in obligatione legali, ut in præcedenti; ideoque impetratio revalidationis dicitur actus merè voluntarius, proindeque non retrotrahendus; cum faciens ex voluntate actum inutilem, rectè dicere possit, se negari voluisse, & successivè actus revalidationis dicitur novus.

29. Cessante autem derogatione expressa, vel præsumpta, dubitatur an hujusmodi leges dotium moderatorie locum habeant in non subditis, & in bonis extra territorium statuentis, quod formando duas inspectiones, unam circa personas non subditas, & alteram circa bonas; illa personarum duas habet partes, una est in non subditis ex natura, quia nempe forenses, & altera in non subditis ex accidenti, quia nempe cives, sed clerici, seu alii ad jurisdictionem statuentis exempti, dictaque personarum inspectio subdividenda est in duas alias inspectiones, unam specialem circa istam Constitutionem Sixti V. & alteram generalem circa alia Statuta in genere.

30. Quatenus igitur pertinet ad Sixtinam, ista de qualitate honorum non disponit, ideo quoad hæc dicendum est idem quod dicitur infra de aliis Statutis in genere; de qualitate vero personarum disponit expressè, dum literaliter loquitur de clericis, unde voluntas est clara, & potestas est indubitata, cum agatur de Constitutione Papali, proindeque cessat omnis dubitatio.

31. Disponit patiter, tam de civilibus, & incolis, quam exteris, & curialibus ad literam, unde incongrua est dubitatio; bene verum, quod circa externos, Rota in allegat. Romana, seu Januæ, quatuor dotalis coram Panzirolo declaravit eam procedere in vigis exteris nubentibus civilibus, vel incolis, secus autem in mulieribus exteris nubentibus viris civibus, vel incolis, quia cum intentio Papæ fuerit reformare excessivos sumptus civium, illique consulere, ideoque comprehendi non debent dotes, quæ per mulieres forenses constituta sunt civibus, qui propterea ditiores fiunt, ne quod favore inductum est, retroqueatur in odium.

Consideratio est ingeniosa, atque ob tanti Tribunalis auctoritatem magnificanda; attamen doto adversus eam videtur facere dubitationem.

Primo quia verba Constitutionis, seu reformationis videntur expressè contrarium disponere, ibi: *Sordina, che nelle sopradette proibizioni siano compresi, Baroni, Cortegiani, o Forastieri, che apparentarono con Romani, tanto dando, e prometendo, quanto ricevendo, e stipulando*, ideoque videtur literaliter expressus casus, quo exteri dote, vel promittant, maxime quia ad nullitatem Constitutionis postulat, ut sufficiat unum ex contrahentibus esse civem, vel incolam, ibi: *purchè uno della consorti, cioè o Sposo, o Sposa, sia Cittadino, o incolato*; Et sic non refert ipsam esse exteram, si vir est incolato; quod etiam comprobatur aperte, nam

in Statuto antiquo edito de anno 1532. exceptuantur forenses dantes dotes civibus, firma remanente prohibitione civium dandi exteri ultra taxam, & sic dictum Statutum mandabit id quod statuitur de decisionibus, & tamen reformationes novæ in dicta Sixtina contentæ ampliant hæc dispositionem, mandando comprehensionem, tam civium, quam Baronum, & curialium, ac forensium, tam dando, quam recipiendo, ergo ille intellectus videtur literæ Constitutionis adversari.

Secundò quia isto intellectu retento intraret præjudicium libertatis, vel facilitatis matrimonii consideratum per Hippolytum de Marfil. in supra allegato singulari 589. si enim cives, vel incolæ à forensibus sumptuosas dotes consequi possunt, à civibus autem, vel incolis mulieribus non nisi modicas, juxta taxam, utique omnes viri illas quererent, & illas spernerent, ita ut puellæ Romanæ, præsertim nobiles, nunquam æquales viros invenirent; & licet hoc absurdum esset de facto ob facilitatem obtinendi derogationes, attamen hoc est accidens, quod non variat generalitatem rationi, quæ dictam distinctionem reddere videtur periculosa; hæc autem dist. infirmatur in ratione discutiva; sed in foro receptum est contrarium ut supra, d. scilicet. 23.

32. Quatenus verò generaliter pertinet ad alia Statuta, etiam Urbis antiquum, distinguendum est supra personas non subditas per accidentis, à non subditis natura; quoad non subditos per accidentis, quales sunt clerici, alique personæ Ecclesiasticæ (præsupponendo versari in Statuto laicali, in quo deficit potestas, vel etiam in confirmato per Papam non facta mentione clericorum, ita ut deficit voluntas, nam aliis vana esset questio; ) aut clericus venit activè, quia sibi dos excessiva per laicum constituta sit, aut passivè, quia ipsæ talem dotem laico constituerit; Primo casu quamvis indubitatum sit, clericos non affici, neque subjacere Statutis laicorum, quamvis rationabiliter, atque ob publicam utilitatem emanata, quia semper viget indistinctè ratio defectus potestatis, rationabilis verò, vel publica utilitas, aliud non operatur, nisi quamdam vim directivam ex ipsa ratione, non ex laicali lege provenientem, ut est vera, & magis recepta sententia; attamen videtur esse locum Statuto, quia dos constituitur à laico subdito, cujus persona inhabilitata est adita contrahendum; ubi cum siquidem Statutum inhabilitat personam subditam, illud militat, etiam si actus gestus esset extra jurisdictionem, vel cum persona non subdita, ex earatione quod non potest subditus, præsertim lege sui superioris, cum non subdito contrahere, juxta distinctionem Bart. in l. unitor populos, num. 32. C. de Sum. Trin. Abb. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 43. ubi Dec. num. 55. de consuet. Federic. de Sen. conf. 55. cum concordantibus per Surd. conf. 2. num. 41. & seq. Grass. effect. cleric. 2. numer. 191. Pic. ad Statut. Urb. glo. 7. num. 81.

33. Neque in hoc privilegium clericale, vel libertas Ecclesiastica in aliquo læduntur, dum statuent nullam cum clerico directè, vel indirectè jurisdictionem exercet, sed ejus subdito habilitatem disponendi de re sua tollit, seu restringit; eo magis quia non sumus in casu, in quo prohibitio directè in laicos dici valeat continere indirectè præjudicium Ecclesiasticæ libertatis, cum matrimonio, & dos cum clericatu sint quoadmodum incompatibilia; cumque isto casu conjugat laicum promissorem conveniendum esse in suo foro laicali, ubi leges laicorum etiam contra clericum actorem servari solent, ideoque ratio, vel nunquam daretur casus, ut hujusmodi dotis constitutio ex hoc prætextu sublinearetur.

34. Posset etiam pro eadem sententia considerari alia ratio, quod nempe clericis, cui dos constituitur, supponitur est conjugatus, nam absque matrimonio constitutio dotis est inutilis, & quod propterea, si clericus conjugatus in civilibus subest foro laicali, ex dispositione text. in c. unio, de cleric. conjug. in exto, ubi scribentes, ita subjacet Statuto, cum paria sint forum fortiori, ac legibus ligati; sed quoniam apud Ecclesiasticos istud assumptum non est utrum, ideo neque tua videtur dicta secunda ratio, cum etiam attentis antiquis terminis juris communis, & fortius attenda dispositione Sacri Concilii Tridentini, multi velint, conjugatum etiam in civilibus à foro laicali exemptum esse, ex deductis per Grass. effect. cleric. 1. num. 81. Squillant. de priv. cler. cap. 7. num. 27. Ricc. decif. 179. part. 3. & alios moderniores; sed quia non intendit in istis questionibus extra strictam materiam dotis evagari, ideoque sufficiat ista insinuasse, cum prima ratio videtur solida.

Secun-

35. Secundo autem casu, ubi clericus venit passivè, quia dotem constituit, & tunc Rota in Romana dotis 21. Februarii 1637. coram Roberfio, loquendo in terminis Statuti Urbis antiqui tenuit pro Statuto, ex duplici ratione; Primò quia illud est Papale tanquam editum de mandato Papæ, ac ab eodem confirmatum, proindeque ex verborum generalitate aptum comprehendere etiam clericos, & secundo quia utile est clericis sub illo comprehendi, dum prohibuit non est clericis uti Statuti laicorum ad eorum favorem.

Rota verò moderna in eisdem terminis Statuti antiqui in alia Romana dotis 18. Junii 1655. coram Cerro tenuit oppositum ex regula generali jam dicta, ut sub legibus laicorum veniant Ecclesiastici, primam rationem decisionis antiquæ non attendendo, ex eo quod Rota moderna præsertim ab anno 1641. in quo emanavit decisio in Romana de

36. Castellanis decif. 58. part. 6. recent. in re infra sententia, quod Statuto Urbis, vel alia quamvis confirmata per Papam in forma specificæ, tanquam condita per laicos non comprehendant Ecclesiasticos nisi in casibus expressis, non ex defectu potestatis, sed voluntatis.

Alteram verò rationem pariter minus veram reputando ex eo, quod quamvis clericis non prohibeantur ad proprium commodum uti Statuti laicorum, id procedat ubi re integra sit oppositio, secus autem postquam est in judicio conventus; atque scribentes pro actore aliam addebant, quod nempe dicta conclusio non procedat, ubi Statutum est activum, quia tunc videtur Ecclesiasticæ libertati contrarium, dum clericus tollit libertatem disponendi de re sua, dictaque resolutio fuit pluries confirmata, ut supra in dicta causa, d. scilicet. 22.

37. Mihi dicte resolutiones non satisfaciunt, quidquid enim sit de primo assumpto, an Statuta Urbis tanquam Papalia comprehendant clericos, necne, quod ex Constitutionibus Alexandri Sexti, & Pauli Tertii, ac aliorum, scio apud Curiam Romanæ seniores haberi pro parum tuto; atque omnia etiam particulari consideratione istius individui Statuti, quod tanquam infernum, non in volumine aliorum Statutorum, sed impressum inter Constitutiones Clementis Septimi & aliorum Pontificum, videatur contineri etiam penam excommunicationis, quam certè laici non poterant inferre, & quia prohibet nedum constitutionem dotis, sed etiam receptionem; ita ut si non obligat clericum constitutum, obliget tamen laicum recipientem, ut eodem d. scilicet. 22. verissima omnino videtur secunda ratio generaliter cuiuscumque Statuto laicali conveniens, ut possit clericus illius dispositionem uti utilem ad sui favorem allegare; cum enim clericus sint veri cives, non debet eis interdicti usus Statutorum in favorabilibus, juxta theor. Abb. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de consuet. num. 37. quam ceteri sequuntur deducti per Grass. effect. cleric. 2. num. 43. Sprell. decif. 10. num. 35. & decif. 11. num. 7. & per tot. volum. 1. add. ad Gregor. decif. 179. num. 24. Rota in Romana, seu Januæ. locorum Montium 26. Junii 1648. coram eodem Cerro, post hæc scripta impress. decif. 231. num. 12. part. 10. recent. & in aliis; nullum enim adest odium, vel præjudicium promittentis, cum dotantibus favorabilia hujusmodi Statuta coalescant ex supra deductis, minique invitus cogitur clericus, cum volens illud deducat, non ad se subjiciendum novo actui positivo inducto per Statutum, ut est illud de compromissis, & similibus, quo casu videtur adesse in clerico subjectio statuti laicali, quam nec volens pati potest, sed pro actu negativo, atque ad se liberandum ab obligatione.

38. Alias enim sequeretur, quod clericus esset longè inferioris conditionis, quam laicus, quod quæ clericatus tolleret privilegia & favores civilitatis, quorum utrumque est absurdum, quinimò in his terminis facillime innotuit videtur ille favorabilis usus, quem in aliis, cum esset illa ratio inæqualitatis, ob quam laici ceteris clericis usum prædicium, dicunt enim laici quod ratione æqualitatis servanda inter contrahentes, sicut laico non licet ad sui utilitatem deducere Statutum contra clericum, ita e converso licere non debet clericus contra laicum, ex deductis per Franc. decif. 285. & alios; ista ratio hic cessat, imò potius est in oppositum; quoniam laicus debitor juratur in suo foro beneficio statuti contra clericum creditorem, e converso autem clericus debitor contra creditorem laicum uti non poterit, & sic semper erit verum quod deterior erit conditio clericis, quod quæ clericatus caubit præjudicium, ac privationem iurium aliis competentium, contra canonum principia.

Card. de Luca, Lib. VI.

Præterea hujusmodi Statuta, ut est præsertim dictum antiquum Urbis, inhihent dotanti, nec constitunt, & viro ne recipiat, irritando contractum, tollendoque actionem, ac adimendo fidem scripturis; dato igitur, quod clericus constitutus Statutaria dispositione allegare prohibeatur, semper tamen verum erit, laicum creditorem Statuto subjectum carere actione, neque habere jus ad petendum excellum, si superior inhihent, atque scriptura obligationem non probat, cum aliis deductis supra dicto d. scilicet. 22.

39. Quo verò ad non subditos natura, quales sunt forenses, quid in terminis Sixtinae dicendum sit, notatum est supra, num. 31. ubi etiam dictum est, quod Statutum antiquum Urbis expressè decidit casum, disponendo, ut cives, vel incolæ dotantes comprehendantur sub Statuto, quamvis contrahant cum forensibus, e converso verò non includantur forenses contrahentes inter seipios, vel cum civibus; in terminis autem aliorum Statutorum, aut forenses dant civibus, aut ab eis recipiunt; Si dant, non videtur eis Statutum suffragari, nam illud emanasset censetur ad favorem civium, & subditorum, quorum indemitati Princeps consulere voluit, ut dictum est supra dicto num. 31. ubi licet in terminis Sixtinae ab particularibus circumstantiis, ac verborum prægnantiam aliqua difficultas considerata fuerit, ea tamen hic cessat, subsistente solum altera difficultate ibidem insinuata de præjudicio libertatis matrimonii, quæ neque concurrat, dum derogatio nemini negatur, ideoque taxa fit juxta qualitatem, ut d. scilicet. seq.

40. Idque verum etiam si dos constituta sit in existentibus in territorio statuentis; quamvis enim plerique voluerint, statuta ligare forenses ratione bonorum in territorio existentium; contra tamen est receptissima, ut utraque subjectio copulativè necessaria sit, ut reprobatà distinctione Bart. in l. cunctos populos, de Statuto scripto in rem, vel in personam, ac probant Menoch. cons. 875. & 1021. Merlin. de legitim. lib. 3. quest. 18. ex numero 20. Buratt. decif. 188. num. 2. ubi add. latè Rota apud Merlin. decif. 353. repetita decif. 177. par. 5. recent. atque hanc sententiam perpetuè sequi Rotam restat idem in Faventina dotis, seu successione 21. Februarii 1639. coram Duzozetto inter suos decif. 528. in Eugubina hereditatis 2. Junii 1651. coram Bichio impress. decif. 157. part. 1. recent. & sæpè in aliis.

41. Si verò forenses recipiunt, tunc intrat Statutum favore civium, ex regula jam dicta, ut subditus non possit contrahendo cum non subdito petere legem sui superioris; sufficit namque promittentem esse inhabilitatum ad contrahendum, ac se obligandum, ut propterea inefficax sit obligatio, vel actio ex obligatione resultans; etenim statutum voluit liberare subditum ab observantia dotis excessivæ contra virum eidem statuenti subditum, multo magis id voluit contra exterrum ab eo non curatum, ut in simili ex Anecharan. in cap. canonum Statuti, de consuet. n. 214. latè comprobat Rota decif. 364. n. 9. & 382. n. 10. & seq. part. 5. rec.

42. Quod tamen dicitur de forensi dotante ad favorem civis in excessiva dote se obligantis, procedit nisi forensis persona simulatè apposta sit ad sciendam fraudem statuto, quia nempe promittat de bonis propriis conjugis, seu tanquam fidejussor civis dotare debentis, ad effectum hie revelandi indennem contra civem, ut bene in his terminis Bæza de non melioran. cap. 30. per tot. Sanch. de matrim. l. 6. disput. 29. num. 18. unde propterea si non subditus caveat pro subdito, obligatio accessoria fidei usoris laborat eodem vicio, quo illa principalis, ut in terminis Bæza ubi supra, cap. 35. Sanch. ibid. numer. 19. Padill. in auth. res que, num. 19. Atlas de Meta lib. 3. variat. cap. 6. num. 9.

Idque verum, non solum ubi obligatio fidejussoris est simpliciter accessoria, sed etiam si sit æque principalis, & insoludum, quoties ei remaneat actio de indennitate contra civem, secus si sit absque relevatione, quia nempe ex liberalitate voluerit obligari, ne aliàs de facili fraus fieri possit statuto, quod potius verbis, quam rebus, impositum diceretur, ut per Bæzam dicto cap. 35.

Prout quæ dicuntur de cive, vel subdito, procedunt de plano in contractu gesto in territorio statuentis, si verò contingat extra illud constitui dotem, tunc intra distinctio Bart. in l. cunctos populos, num. 32. C. de sacros. Eccl. de qua Aretin. conf. 54. num. 2. Franc. decif. 72. Altograd. conf. 36. ex num. 4. lib. 1. Buratt. decif. 27. num. 5. & seq. Merlin. decif. 691. num. 3. quod scilicet, aut statutum inhabilitat simpliciter, & absolute personam contrahentium, & tunc actus est nullus,



nullus, quamvis gestus extra territorium, aut verò inhabitat casualiter, & secundum quid, nempe sub certa forma, vel solemnitate, & tunc in personam, de qua late Menoch. conf. 819. & alii relati per Cyriac. contrav. 252. num. 26. & 43. seq. verus est, contractum extra territorium esse validum, nisi affectatus in tali loco gestus sit ad faciendam statuto fraudem, cujus uterque contrahens sit particeps, ut per Buratt. dista. decif. 27. num. 7. Rota in Lauretana legati 12. Januarii 1637. coram Pirovano, & hoc est principale fundamentum Menochii dicto. conf. 819. quod etiam bene probatur in Tybaritoni donationis 31. Januarii 1659. Alberгато §. finali. & dec. 228. p. 6. rec.

Locus autem extra territorium, non solum dicitur physice extra limites & ditionem statuentis, sed etiam moraliter extra jurisdictionem, puta nempe actus esset gestus in loco exempto, quia in Ecclesia, vel Monasterio, ut censuit Rota in Viserbien. hereditatis 4. Martii 1641. & 28. Martii 1642. coram Ghislerio, & 1. Junii 1643. Verofio, quarum prima & tertia sunt decif. 9. & 193. part. 9. recent. & in Romano, seu Januenc. Locorum montium 26. Junii 1648. coram Certo decif. 231. part. 10. recent. confirmata coram Orthodoxo, & Pentingerio ex Angel. conf. 233. num. 2. cum aliis per Surt. decif. 129. nu. 16. ubi Hostien. num. 14. atamen quidvis fide veritate hujus adsumpti inter terminis testamenti, de quo decisiones loquuntur; in terminis tamen nostris vix, vel nunquam poterit dari casus, ut actus iste in tali loco gestus a fraude immunis valeat subsistere, maxime quia hujusmodi Statuta personarum inhabitationem juxta primam partem distinctionis solent continere.

Sed quoniam juxta veriorum, de qua supra, ut sit locus status, requiritur copulativa subiecto personarum, ac bonorum, idcirco intrat dubitatio, an subsineatur dos excessivè constituta per articulo, andos circumferibatur loco bonorum in dotem statutorum necne; si enim non circumferibatur, cum totum reguletur a persona contrahentis, intrat Statutum de bonis extra suum territorium, quia statusus non potest, sed neque curare videtur, & sic deficit potestas, & voluntas.

An autem hujusmodi Statuta moderato complectatur dotem pro matrimonio spirituali constitutam, affirmat Baeza de non melior. cap. 14. verum quidvis fide veritate illius opinionis in casu illarum legum, de quibus ipse loquitur, absolute dicendum videtur, quod si taxa statutaria non sufficit ad dotem Monasterio tradi solitam, tunc Statutum intrare non potest, quoniam esset perinde directum avertere à religione, ac vita spirituali, quod nullatenus laicis conceditur, intelligendo tamen de Monasterio proportionato qualitati puellæ, ut notatur in materia dotis congruæ discif. seq. ratò autem, vel nunquam iste casus accidit, quoniam exceptis pauperibus, ac plebeis, in quibus diversimodè prædicatur, semper dos matrimonii spiritualis est exigua, & inferior taxa Statutaria ordinata pro matrimonio carnali.

Venit item quartendum in ista materia, an hæc Statuta procedant in muliere se ipsam dotante, quasi quod tunc videatur cessare ratio statuti fundata in depauperatione dotantium, potiusque uti congruam videatur, ut mulier omnia ejus bona in dotem tribuat; Et ita videtur dicendum in casu Statuti simpliciter disponens mulieribus pro dote ultra certam taxam dari, vel promitti non posse, quoniam verba, dare, & promittere, non ad præsumunt mulieri se ipsam dotanti, ut in his terminis proponit Baeza dicta 9. 18. in princ. intelligendo tamen de bonis propriis ipsius mulieris, secus si dote se ipsam de bonis patris, vel alterius scientis, & patientis, quoniam tunc esset color questus ad faciendam fraudem statuto, ut supra de fideiussore, vel alio extero dotante dictum fuit, ubi verò verba statuti sunt nimis ampla, & effusiva, quemcumque casum competentia, venit etiam ius mulieris se ipsam dotantis, atque talis est Constitutio Sixtina, nedum quia continet verba nimis generalia, sed quia clare disponit, etiam si mulier esset hæres, & ita servatur in praxi, nam isto etiam casu imperatur derogatio Apollonica.

Potest etiam dubitari, an hujusmodi Statuta procedant in mulieribus patientibus aliquos defectus animi, vel corporis, ob quos cum dote juxta taxam statuti virum æqualem invenire non possunt, puta desolata, diffamata, turpis, gibbosa, clauda, seu aliam corporis patiens de-

formitate; Et in hoc distinguendum videtur inter defectum naturalem, seu casualem, & culpofum; Primo casu sine dubio videtur dicendum non intrare statutum pro carata, quo arbitrio iudicis, regulando ex facti circumstantiis, necessaria videtur ad supplendum defectum, cum talem esse moraliter impossibile indignas nuptias non rum æqualem invenire, atque ad legitimam damnam abesse cogenda, ne aliàs viduitatem, poterit illud plus consequi, que culpa pati teneatur, poterit illud plus consequi, non tanquam dotem, sed tanquam supplementationem defectus nature ex eisdem rationibus, ex quibus infra discif. notatur dotantem teneri puellæ largitionem, que lito maiorē tribuere; ac ad instar largitionem, que lito ceter inter conjuges prohibet, atamen permituntur in compensationem alicujus defectus, ut infra suis locis, & compensationem non cadat sub his legibus, Baeza dicto. cap. 17. n. 8. & 19. Azeved. lib. 5. recap. 11. 2. lib. 2. n. 11.

Si verò defectus est culpofus, quia nempe puella culpofè desolata, vel aliàs diffamata sit, & tunc subsistit in eadem videtur inter dotem dandam per supradictam, ac dum illam dandam per parentes seu alios conjunctos, ut primo casu, cum cesset ratio statuti consilii indemnitatis; & gravamini parentum, vel aliorum dotare debentium, supradictor autem lura debeat penas delicti, dicitur non fit teneri etiam ultra taxam, nam aliàs sui delicti penam sentirent, vel ipsa puella, vel parentes, & consanguinei; Secundo autem casu, ne melioris conditionis reddatur mulier inhonesta, quam innocens ac honesta, atque ex delicto fortituri commodum consequendi majorem dotem, non videtur à taxa Statuti exigenda, nisi Principi aliàs indulgendum videatur, tribuat enim proprio delicto impedimentum, & si cum taxa consueta virum æqualem non invenit, ingrediatur Monasterium, ibique penas peccati luat, ut infra de dote congrua, seu de paratio notatur dicto discif. see.

Omnia circa vim iustorum statutorum superius notata procedunt cum præsupposito dotis constitutæ abque juramento; illo autem interveniente dubitatur, an dispositio statutaria cesset; in hoc autem puncto, attentis terminis tam Sixtina quam statuti antiqui Urbis, frustratoria est hujusmodi inspectio, quoniam expressè tollitur vis juramenti, itaut voluntas sit clara, & potestas indubitata, cum agatur de Constitutionibus, & Statutis Papæ, qui abique dubio super juramento directè, ac indirectè dispensat, equeque vim tollere potest, nedum in legibus à se ipso immediate conditis, sed etiam in illis laicorum ab eo in forma specifica confirmatis.

Confirmatio enim Papæ in his legibus, tunc non operatur, ubi est in forma communi, cum enim illa non concludatur in confirmante scientiam omnium confirmatorum, hinc proinde habet, vel censetur habere in ventre clausulam dummodo leges confirmatae sint honeste, & juri non contraria, juxta consilium Alex. 59. nu. 8. & seq. lib. 1. Pic. ad Statut. Urb. glof. 23. num. 11. & seq. Rot. in Bononien. census 4. Maii 1643. & 27. Martii 1647. coram Ghislerio, quatum prima est decif. 179. part. 9. rec. Bononien. bonorum de Felicitis 27. Julii 1650. coram Bichio, & sæpe in aliis, in quibus sola controversia est super qualitate confirmationis, an fit in forma specifica, vel communi, & sit super voluntate.

Difficultas igitur est in statutis laicalibus per Papam non confirmatis, vel habentibus simplicem confirmationem in forma communi, que etiam confirmationem præsumptam, ut additæ æquipollent formæ communi, ut per Buratt. dec. 6. n. 4. Adde. ad Gregor. decif. 267. num. 14. nisi confirmatio deducatur ex immemorabili, quia cum tunc liceat allegare titulum meliorem de mundo, videtur posse allegari confirmatio Apollonica in forma specifica, ut Valacum consule. 99. num. 5. hic autem articulus est involutus propter nimiam veritatem feribentium, quorum præsertim Hispanorum magna pars patrii legibus descendendis incumbendo, affectationis vitio notari potest videtur, unde pro illa tali veritatis notitia, que hodie dari potest, plures causas veniunt distinctè considerandi.

Primus est, ubi lex prohibens actum respicit bonum principaliter, ac primario publicum, secundario verò privatum; Et tunc concors est canonici, & civilis juris interpretum sententia, ut juramentum non valdet actum à tali lege veritum, non quia lex laicalis possit juramenti vim addere, sed quia iuri publico factis privatorem præjudicari non potest, neque unus juramentum debet alibi in publico bono interessat obesse; ac etiam quia lex ob bonum publicum

cum principaliter emanata obligat ad culpam, ideoque juramentum non debet operari, cum servari non possit abique interitu salutis æternæ, ac esse vinculum iniquitatis, & sic deficit potestate materia, quam ex potentiali legis, Abb. in cap. cum consingat, num. 5. de jurejur. ubi Bart. & ceteri, Covarr. de pact. 2. part. §. 1. num. 1. & §. 2. num. 6. & 7. bene Sanchez in Decal. lib. 3. cap. 9. num. 34. & cap. 10. num. 43. & ceteri communiter.

Favor autem primario publicus dicitur ille, cujus materia proxima est commune bonum, itaut legis contravenit non tantum privato genti actum, sed publice utilitati. & commodo principaliter damnus inferat; privatus autem est, cujus materia proxima est utilitas, vel damnum hujus privatae, quavis etiam illativè, & in consequentiam refertur præjudicium, vel favor publicus, DD. in l. jus publicum ff. de pact. & l. 1. ff. solut. marim. cap. quavis patrem de pact. in 6. Barbof. alios colligens in d. l. 1. ff. solut. marim. part. 1. num. 63. & seq. eademque distinctio habet sub tit. de servit. ad materiam retractus super puncto, an retractus possit renunciari necne, discif. 80. & 81.

Ad hoc autem regulandum, non verba legis attendenda sunt, sed ipsa materia; parum enim refert, quod legislator dicat facere prohibitionem principaliter favore publico, si revera percutiat commodum privatum, ne aliàs ex solo cortice, seu contextura verborum tribuatur laico potestas tollendi juramentum, ut in specie observat ex Aretno in l. iusticiis num. 7. de verb. oblig. Sanch. dicto cap. 12. num. 46.

In hoc primo casu nos in proposito non versamur, quoniam licet hujusmodi Statuta dotium moderatoria favorabilia superius dicta sint, atque utilitatem publicam respiciant propter conservationem divitiarum in familiis; atamen principaliter, ac directè commodum, vel damnum est hujus privatae; si enim ipsa dos ex magis recepta sententia respicit favorem publicum secundario, primario verò privatum, & nihilominus in ea majus interesse habet Respublica propter hominum multiplicationem, multò minus ista restrictio principaliter publica dici poterit.

Secundus casus est, ubi lex prohibens actum respicit privatum utilitatem, & hic est casus nollet; Et tunc aut illa facit mentionem de juramento, aut non; si non facit, quamvis Bart. in l. si quis pro eo num. 9. de iudicij. sor. & in Auth. Sacramenta puerum num. 15. C. si advers. vend. quom aliqui sequuntur, distinguunt, an prohibito feratur ad rem, vel ad personam, ut primo casu juramentum operetur validitatem actus, secus autem in secundo, quia tunc lex dicitur obligare personam ad culpam, dictamque distinctionem tueri studeat Suarez. de relig. tom. 2. cap. de juramento, lib. 2. cap. 20. num. 10. atamen ea magis communiter reprobat, verior conclusio est, ut juramentum indistinctè valide actum, atque servandum sit, tum ex regula, ut sub generali dispositione non veniat actus juratus, tum etiam quia verus est, legem positivam, quoties in privatum bonum principaliter emanavit, equeque contravenit ipsius contraveniens damnum, non autem tertii turpitudinem, vel præjudicium continet, non obligat ad culpam, ac propterea intrat regula text. in cap. cum consingat, de jur. jur. & cap. quavis patrem, cod. tit. in 6. civilibus communiter in dicta Auth. Sacramenta puer. ubi late Gutierrez numer. 38. & seq. & canonice locis proximè allegatis congesti per Anton. Gabr. de jurejur. consule. 5. numer. 1. & 14. Hier. Gabr. conf. 127. numer. 18. & seq. lib. 1. Sanch. dicto cap. 9. numer. 53. & seq. 12. numer. 44. & additæ Barbof. in dicta l. 1. solut. mar. part. 1. num. 70. & seq. Spretell. decif. 46. Buratt. decif. 44. numer. 4. & aliàs Rota sepius.

Quinimo, etiam si ageretur de Statuto Papali, adhuc casus juratus non venit, non quidem ex defectu potestatis, ut in laicalibus, sed ex illo voluntatis, ac consentus, de rescript. Picus ad Statut. Urb. glof. 23. num. 3. & 15. Gabriel. dicta concl. 5. num. 1. & 18. ubi licet videre hujus extensionis aliquas limitationes; inter quas illam ex Bologneto conf. 46. num. 5. observat Rota in dicta Bononien. census 27. Martii 1647. coram Ghislerio §. non obstat, quòd Statuta, & c. ubi nempe per Statutum prohibetur omnis modus, per quem ipsius observantia tollatur, cum tunc dicitur ad effectum voluntatis.

Si verò lex facit mentionem de juramento, & tunc, aut illud percutit actum tanquam præteritum, quia nempe irretit jam præstitum, aut tanquam futurum, quia nempe

sub pena nullitatis in contractu illud præstari prohibeat; Primo casu subdistinctio est, an super eo disponat directè, puta quia simpliciter mandet juramentum esse nullum, vel non attendendum; vel indirectè, puta declarando contractum, ac juramentum in eo appositum, simulatum, dolosum, metuculosum, &c. sive adimendo fidem scripturæ.

Si dispositio est directæ, tunc concors est ferè omnium sententia legem esse nullam ex defectu potestatis, cum juramenti præstiti dispensatio soli Pontifici, ac Prælati Ecclesiasticis ab eo derivantibus sit reservata, late Gutierrez exi supra, Gabr. dicto. conf. 127. Adden. ad Theaur. decif. 66. & ceteri communiter, cum sit conclusio non admittens hodie controversiam; licet enim in jure civili iuramenti præstiti dispensatio per Imperatores concessa reperitur, atamen, vel dicendum est illorum iurium dispositionem jure canonico abolitam esse, vel emanasse per ethnicos Principes, Pontificum, & Imperatorum potestatem unitam habentes, vel percutere juramentum futurum, ut eruditè deducit venerandus præceptor meus Arias de Mesa lib. 3. variar. cap. 31. & seq.

Bene verum, quod solent aliqui tribuere laico potestatem, non dispensandi, quia nemo bonus Catholicus id autumat, sed vel ex notoria iniquitate, ac infectione juramenti ex ipsius juris canonici ratione proprium subditum non obligatum declarandi; vel ex eodem capite iniquitatis, ac infectionis cogendi proprium subditum, ad ejus favorem interpositum est, ad illud relaxandum, de cujus tamen rei veritate nempe non est hic agere, cum ex præmissis, sola questio sit de juramento aliàs valido, ex sola legis particularis potentia sublatò.

Si verò dispositio est indirectæ, ed quia adimat fidem scripturæ, & tunc receptum est legem operari, non quia vim juramenti, sed quia ejus probationem tollat, Castren. conf. 61. volum. 2. Marell. lib. 1. variar. cap. 62. Scraph. provil. juram. 22. num. 31. Adden. ad Buratt. dec. 4. 22. num. 18. unde si aliunde quam ex tali scriptura de hujusmodi juramenti præstatione constet, tunc illud operabitur effectum suum dicta lege non obstante, Doctores ubi sup. etiam si lex disponat, probationem aliàs quam per scripturam fieri non posse, nec per indirectum tribuatur laicali potestati, id quod directè non potest, Lambertgen. de contract. glof. 8. verbo mariti num. 99.

Sed si sit indirectæ, ex eo quod lex, vel Statutum præsumere faciat actum simulatum, seu fraude, dolo, & metu extortum, tunc licet aliqui distinguant Statuta percutientia contractum ab aliis percutientibus juramentum, constituentes differentiam inter unum, & alterum casum ex deductis per Barbof. in d. l. 1. part. 1. num. 75. atamen ad effectum, de quo agitur, ista videtur differentia verbalis quoniam si verba distinguntur ad contractum, ita ut ipse præsumatur simulatus, dolosus, vel metu extortus, adhuc juramentum super eo adjectum nihil operatur, cum hoc suppleat defectus juris positivi, non autem naturalis, & sic effectus est idem; neque valet ratio, quod ob expressam juramenti mentionem videatur Statutum se ingerere circa id, in quo non habet potestatem, quoniam statutum non disponit super juramento, illiusque efficaciam, sed tantum super modo probandi illam qualiter, que probata facit cessare vim juramenti, non ex vi Statuti, sed ex natura actus, atque ex dispositione juris canonici, & sic statutaria dispositio versatur super re merè temporali, qualis est modus probandi.

Ideoque hæc distinctio non curata, Statuti validitatem tenet Abb. & Bart. in dicto. cap. cum consingat. Bart. in l. omnes populi, sub numer. 25. Bald. in Auth. Sacramenta puerum numer. 5. ubi Castren. num. 11. Roman. conf. 12. num. 1. & aliis allegatis Rot. apud Pic. ad Statut. decif. 22. num. 3. coram Bdratt. decif. 612. num. fin. Duran. decif. 18. num. 2. & seq. in Romana fructuum census 22. Decembris 1650. coram Melitio decif. 98. part. 11. recent. Urbanen. prædici 12. Julii 1654. coram Bichio, & in aliis.

Atque ex hac ratione defendi potest dispositio Pragmaticæ primæ Regni Neapolitani sub tit. de Vellejan. ut observant Arias de Mesa dicto lib. 3. var. sap. 33. n. 18. & Merlin. controv. 56. num. 14. lib. 1. dictaque conclusio procedit hodie de plano, quoties præsumptio à Statuto inducta est veritabilis, atque justam habet rationem, quia nempe agatur de contractibus minorum, vel mulierum, & similibus, qui ob ætatis, sexus, vel iudicii imbecillitatem de facili præsumuntur fraude, vel metu inducti ad contrahendum.